

1247.

1298 d. 23 Aug.

Arnö.

Ärke-Biskopen i Upsala NILS ALLESSONS Bref om betalning af Herr Johan Engels skuld af Hjeltneryds gods.

A. 3. a. 4. 20.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, NICOLAUS miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Constare volumus vniuersis, Dominum Johannem dictum angelum ex quadam prediorum venditione quam fecerat Magistro Andree consobrino suo preposito ecclesie nostre vpsalensis nobis assignasse, Centum Triginta tres marchas cum duabus oris denariorum monete nunc currentis, leuandas & recipiendas nomine suo, a dicto Magistro andree preposito ad soluendum & quittandum debita, pro quibus dominus Karolus Erlendson bone memorie, quondam Canonicus ecclesie nostre vpsalensis Curiam suam hielmeryth in vithbo, cum molendino, colonis, ac omnibus alijs attinencijs dictis bonis, obligauerat & assignauerat, prout in testamento dicti Domini karoli lucidius patet, Jnsuper decem & octo Marchas den., quas eidem domino Johanni angelo tenemur similiter ad solucionem dictorum debitorum assignauit. Horum ergo summa ascendet ad Centum Quinquaginta marchas cum decem oris den. volumus igitur vt taxacione supradictorum bonorum videlicet Curie hielmeryth cum molendino, colonis, & omnibus attinencijs alijs dictis bonis, fideliter & integraliter facta, pars aliqua de eis estimata, ad valorem summe supradicte quam siliacet partem ipse dominus Johannes eligere decreuerit, ad ipsum beat deuenire, Prouiso nichilominus quod predicta pars bonorum huiusmodi, talis sibi deputetur, quod eo non obstante, remanencia bona dummodo idem dominus johannes angelus debita que remanent, infra festum pentecostes nunc proximum de suis bonis propriis non persoluerit, absque difficultate pro taxato precio distrahi, possint atque vendi, In horum autem evidenciam pleniorem, vna cum sigillo nostro sigillum memorati domini Johannis presentibus est appensum, Datum apud arnø anno domini M°. CC°. XC° VIII. Decimo Kal. Septembris.

Af sigillet N:o 1 är ett stycke qvar; N:o 2 bortfallet.

1248.

1298 d. 23 Aug.

Arnö.

JOHAN ENGELS Bref om dess med Ärke-Biskopen Nils i Upsala gjorda jordabyte.

B. 2. 52.

Vniuersis presentes litteras inspecturis JOHANES dictus ANGELUS salutem in domino sempiternam Noueritis me cum reuerendo patre, ac domino meo, domi-